



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 39. *Ærumma* Theodori recentiores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

§. XXXIX.

Sæculum IX.
A. C. 819.*Ærumncæ Theodori recentiores.*

Cum Epistolarum istarum Catechetica-
rum una devenisset in manus Impe-
ratoris, illico ad Orientis Præfectum mi-
sit, qui mandarent; tanto rigore Theo-
dorum castigaret, ut timore percussus
deinceps litteras exarare non auderet.
Præfecti Tribunus Epistolam ostendit
Theodoro, qui signum cognovit. Tum
jussit Nicolao Theodori Discipulo, qui
eam scripserat, multas plagas, & ipsi Theo-
doro centum flagello infligi. Redit
deinde ad Nicolaum & denuo renova-
tis vulneribus acriter verberat. De-
mum humi prostratus relinquitur gelido
aere. Nam ista mense Februario fie-
bant. Theodorus quoque Abbas in ter-
ra jacens & anhelans diu nec quietem
nec cibum capere potuit. Ejus vero
Discipulus videns carissimi patris angu-
stias, proprii doloris immemor linguam
arentem affuso juscule refocillavit; cum-
que sic abeuntem spiritum revocasset,
vulnera ejus curare cœpit, usque adeo
liventia, ut ex multis carnem arentem
& corruptam exscindere coactus sit.
Theodorus immensis febribus correptus
per trium mensium spatium intolerandis
doloribus conflictatus est; quibus nec-
dum remittentibus adest Dux cohortis

*vita. c. 23.**vit. Nicol.**p. 910.**Theod. II.**ep. 38.**vit. n. 95.*

H 5

ab

Sæculum IX. ab Imperatore missus, qui adveniens nihil prius habuit, quam ut omnes carceris angulos & cavos scrutaretur, ut inveniret pecuniam, quam ab illis, qui S. Virum invisebant, afferri non dubitabat. Cum quærendo operam perdidisset, in Magistrum Discipulumque conviciis & verberibus debachatus eos Smirnam celerime proficisci compellit. Id circiter mense Junio anno octingentesimo decimo nono factum. De die iter strenue profequi cogebantur, & nocte injiciebantur compedes; ubi autem in illam civitatem pervenerunt, in manus Archiepiscopi Smirnenfis Iconoclastarum principis traduntur. Is Theodorum in specum obscuram & subterraneam misit, ubi mensibus octodecim degit, & jam tertium in corpore debilitato centum plagas excepit. Theodorus nihilominus etiam ex isto loco datis ad Discipulos suos & speciatim ad Naucraticum Epistolis præter alia dicit, se maxima lætitia percepisse, quod Papa ad defendendam bonam causam Constantinopolim scripsisset. Tandem Archiepiscopus Smirnenfis Constantinopolim profecturus jamque accinctus itineri ad S. Virum dixit; rogaturum se Imperatorem, ut Ducem mitteret, qui ejus caput aut linguam saltem rescicaret.

ep. 71.
vit. c. 3. n. 23.
ap. Boll. to. 7.
p. 222.

Interim

Interim Theophanes Abbas Singria-
 nensis, quamvis ægrotaret, Constanti-
 nopolim deducitur. Imperator, post-
 quam ad eum pervertendum frustra o-
 peram consumpsisset, Joannem Lecono-
 mantam, Sophistam inter Iconomachos
 facile primum, in eum immisit, & ipso
 quoque devicto, jussit Imperator S. Ab-
 batem in Palatio Eleutherii angusto car-
 cere detineri, ubi per biennium commo-
 rari cogitur, ipsius morbo (difficultate
 urinæ & calculo laborabat) nimium quan-
 tum ingravescente, cum omni medici-
 na esset destitutus. Inde devectus in In-
 sulam Samothraciam tribus tantum Se-
 ptimanis vitam traxit, & migravit ad Cæ-
 lum anno circiter octingentesimo deci-
 mo nono duodecima Martii, qua die Ec-
 clesia ejus memoriam colit.

Sæculum IX.
 A. C. 819.

Mart. Rom.
 12. Mart.

§. XL.

Leonis fata. Michael Imperator.

Tandem Imperatoris truculenta cædes
 finis persecutionis fuit. Nam Mi-
 chael Dux Fœderatorum (ita certæ co-
 hortibus dicebantur) immanem crudelita-
 tem non ferens Imperatori insidiabatur,
 & parta olim fortitudinis laude tumens
 quotiescunque de Leone sermo incide-
 bat, linguæ neutiquam temperabat. Leo
 furentem comprehendi jubet in vigilia
 Natalis Domini anno octingentesimo vi-
 gesimo,

Scrip. post
 Theoph. 21.